NvK. Instruktionen für T⟨homas Pirckheimer[1])⟩ zu Verhandlungen mit ⟨Hz. Albrecht III. von Bayern-München⟩. Er bekräftigt seine Bereitschaft, zugunsten eines bayrischen Prinzen auf das Bistum Brixen zu verzichten und resümiert die bisherigen Verhandlungen in der Sache. Er besteht auf seinen früher geäußerten drei Bedingungen für die Resignation, nämlich der Rückführung des Gerichts St. Petersberg an die Brixner Kirche, dem Einverständnis Hz. Sigismunds und des Brixner Domkapitels und einer standesgemäßen Pension für NvK inklusive Zuweisung einer sicheren Burg, vorzugsweise Säben oder Taufers. Der neuerliche Vorschlag Hz. Albrechts, den Bruder des Pfalzgrafen zwischenzeitlich als Bischof von Brixen zu installieren, sei wegen der Unattraktivität des Bistums und der zu erwartenden Kosten unrealistisch. NvK selbst könne sich nicht an den Kosten beteiligen, da seine Mittel durch den Kauf von Taufers erschöpft seien.

Kopie (gleichzeitig): BOZEN, *StA, BA, Cod. 3 (Acta Concordiae) p. 7f.*[2]*); (J. Resch, 18. Jh.):* BRIXEN, *Priesterseminar, Ms. D 11 p. 97-99.*

Druck: Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 296-302 Nr. 2.3.

Deutsche Übersetzung: Jäger, Streit I 195-197 (Auszüge); Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 336-339; Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 297-303 Nr. 2.3.

Regest: Jäger, Regesten I 309 Nr. 120.

Erw.: Sinnacher, Beyträge VI 423f.; Jäger, Streit I 140, 195-197; Jäger, Landständische Verfassung II 2, 149; Vansteenberghe, Cardinal 176f.; Gismann, Beziehungen 94f., 617 Anm. 43, 622f., 625.; Meuthen, Wittelsbacher 105f.; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 353; Baum, Sigmund der Münzreiche 151; Strack, Thomas Pirckheimer 71.

Dum venirem ad istam diocesim contra intencionem domini ducis et capituli et stimulatus inciperem recuperare iura ecclesie et inciperem contra nobiles de Freuntsper⟨g⟩ causam movere repetendo montem Sancti Petri et castrum Strasperg cum Sterczing, vidi me non posse proficere et feci causam in curia committere.[3]) Ob hoc dominus dux male contentus et incidi in periculum mortis, ut intellexi.[4]) Tunc consideravi, quod si possem, vellem aliquem nobilem subrogare in locum, cui domus Bavarie assisteret pro recuperacione dictorum castrorum, ita quod hoc fieret cum consensu capituli et eciam domini ducis Sigismundi, et quod mihi provideretur, ut statum decentem haberem, quia alias papa non surrogaret aliquem in locum. De hac mea cogitacione in recessu de Monaco ad Montem Sanctum[5]) loquutus sum preposito in Illmunster[6]) et non venit mihi in mentem nisi unus filius ducis Ottonis[7]), quem credidi esse aptum.[8]) Dedi licenciam preposito, ut secrete conferret cum domino meo duci super hoc. Qui postea remisit dominum prepositum et voluit unum ex filiis promovere. Accidit, quod prior in Tegernsee fuit hic in quadragesima sequenti.[9]) Et ut dominus meus dux de omni disposicione ecclesie mee bene informaretur, scripsi manu mea eius disposicionem[10]), quia parva et pauper est, et que forent necessaria, si res debent habere progressum. Inter illa omnia est articulus recuperacionis montis Sancti Petri etc., de quo ecclesia habet litteras opportunas.[11]) Alius articulus, videlicet, quod consensus domini ducis Sigismundi et capituli Brixinensis debent haberi, quia haberent bullas appostolicas, quod sine eorum consensu non debent quisquam per meam resignacionem prefici.[12]) 3^{us} articulus, quod, quia sine provisione pro statu meo papa non admitteret resignacionem, quod idem illa appeteret conveniri. Hec cedula est

10 preposito – Illmunster: *a.R. eingefügt.*

»Acta Cusana« Band II Lieferung 5 (978-3-7873-3682-1), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2019.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

domino duci per priorem et abatem[13]) publicata. Deinde non dubitavi dominum ducem in omni practica semper mente habere ista tria puncta. Et si filius suus assequeretur ecclesiam, certus essem, quod illa tria servarentur. Et post multa videns dominus dux, quod filius suus non posset assequi propter iuventutem[14]) ecclesiam, desideravit, ut non resignarem ad tempus. Et rescripsi et eciam Conrado de Freiberg[15]) respondi, in hoc velle sue voluntati morem gerere. Ex post non plus cogitavi de hac re, quia scripsi me ad aliquot annos in complacenciam domini mei ducis et filii sui ecclesiam tenere velle.[16]) Verum est, quod hec deliberacio mea eciam processit ex eo, quia intellexi, quod dominus dux nollet, quod de alio fieret sermo. Sed ego ab inicio fuissem contentus de alio cum consensu dominacionis sue, dummodo illa tria capitula fuissent servata, de quibus supra ponitur.

Nunc venistis, domine, et proposuistis, quomodo intencio domini mei ducis sit, quod frater domini comitis Palatini[17]) assequatur ecclesiam meam. Quem dicitis ydoneum et quod per eius promocionem beneficia, que habet, veniant ad filium domini ducis. Respondeo, quod dummodo certificatus fuero istum dominum esse ydoneum, et de illis tribus articulis prescriptis assecuratus, ac quod hoc cedat eciam in utilitatem filii domini mei ducis, prout sperat, ero contentissimus ad manus s. d. n. pape in illius domini favorem cedere et facere, que potero, et utinam hoc cras fieri posset, coram deo, quia libentissime vellem esse factum. Et si dominus meus dux est certus, quod tria capitula locum habebunt et de hoc certificari debeam, tunc rogo, ut quantocius mihi mittat modum certificacionis in scriptis, ut ego videam et deliberem. Si autem de hoc non est certus vel forte non habet in memoria me de illis scripsisse, mittat pro priore in Tegernsee, qui habet manum meam et audiat cedulam ad huc semel et reperiet illa. Et tunc cogitet, quomodo ille dominus me certum reddere possit de illis tribus, ut negocium habeat progressum. Quo ad articulum de monte Sancti Petri etc., fiet tantum securitas, quando ipse dominus dux et dominus dux Ludwicus[18]) voluerint assistere iusticie ecclesie et venturus ad prosequucionem se obligaverit; non deficiet execucio contra illum de Freu⟨n⟩tsperg etc.[19]) Quo ad consensum domini ducis habendum et capituli, qui est necessarius, eciam poterunt illi duo domini modum reperire, quia habito domino duce habetur capitulum. Quo ad pensionem mihi reservandam et aliquam mansionem sew castrum, sic, quod sim certus, quod mihi servetur, spero, quod dominus meus dux Albertus non velit, quod decipiar; sed saltem modum cogitabit, quod nihil dubitacionis maneat. De castro aliquo vel mansione eciam tantum invenietur modus, quia eligam aut Sabionem aut Tauvers.[20]) Quo vero ad beneficia illius domini, que deberent venire pro filiis domini mei, est magna difficultas aput me, quia nullus habet ad huc dispensacionem ad dignitates maiores postpontificales. Eciam papa wlt esse liber in conferendis beneficiis reservatis. Hoc tantum aviso pro meliori.

Et quia vehementer timeo, quod ille dominus, frater domini comitis, non habeat animum ad tam parvam ecclesiam, sicut est mea, et ad residenciam in montibus venire de Colonia ad Alpes et dimittere omnia sua beneficia, que habet, non propter utilitatem

---

23 domino: *em.* domini. 24 mente: *em.* menti. 25 videns: *folgt gestr.* quod. 36 habet: *em.* habent. 38 tribus: *folgt gestr.* artico. 53 castrum: *em.* castro.

»Acta Cusana« Band II Lieferung 5 (978-3-7873-3682-1), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2019.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

tantum, sed spem, quod eligi debeat in una magna ecclesiarum, et cum hoc michi pro statu pensionem competentem solvere et me de illa ad dies vite bene assecurare, licet sim senex, et alia facere, quo ad solucionem annate, que est magna[21]), et expensarum necessariarum pro expedicione, ideo consideretur, an sit consultum secum multa tractare. Si dubium est, an animus suus sit inclinatus, et imprimis eciam est cogitandum, qualem utilitatem assequi posset dominus dux pro filiis suis, de qua sit securus, quia timeo, quod parvam vel nullam secundum condicionem temporis; et tunc omnibus bene pensatis, si repererit consultum, quod praxim incipiat cum isto domino, certus sit de tribus prioribus capitulis concordatis. Per me non stabit, quin omnia expensis ipsius expediantur; et quicquid favoris impendere potero per scripturas et preces, ut levius expediantur omnia in curia, libenter faciam, sed contribuere pecunias non possum, quia exposui, quicquid habui, pro castro Tauvers.[22]) Si vero dominus dux deliberaverit supersedere, servabo sibi fidem et in eius complacenciam non resignabo ad tempus, prout scripsi et per Conradum de Freiberg eidem addixi.

---

[1]) *Die Identität des Adressaten ergibt sich aus dem Inhalt und der früheren Beteiligung Pirckheimers an den Verhandlungen; s.o.* Nr. 4558 *Anm. 4.*

[2]) *Über dem Text:* Dominus T. habet manum meam. Dedi 1457 octava Agnetis. *Links oben am Rand von der Hand des J. Resch (18. Jh.):* manu d. Nicolai de Cusa cardinalis et episcopi Brixinensis. *Es handelt sich um eine für das Archiv bestimmte Abschrift vom autographen Original, nicht um ein Autograph (so aber Jäger, Regesten I 309 Nr. 120; ders., Streit I 197 Anm. 3; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 336).*

[3]) *Zum Streit um die Auslösung der verpfändeten Gerichte St. Petersberg und Straßberg von den Freundsbergern s.o.* Nr. 3976, 4010. *Über das ebenfalls strittige Gericht Steinach und die Hofmark Matrei hatte NvK mit Hz. Sigismund zuletzt eine Übereinkunft erzielen können; s.o.* Nr. 4726, 4739.

[4]) *NvK berichtet aus der Rückschau mehrfach über eine verklausulierte Morddrohung, die Hz. Sigismund im Beisein des B. von Trient ausgestoßen habe; vgl.* Nr. 3938 *Anm. 2,* 4549.

[5]) *Andechs.*

[6]) *Konrad Sieber, Propst von Ilmmünster und enger Vertrauter Hz. Albrechts III.*

[7]) *Zum Plan, einen Sohn des Pfalzgrafen Otto von Mosbach als Bischof in Brixen zu installieren, s.o.* Nr. 4468 *Anm. 5.*

[8]) *Dieses Treffen zwischen NvK und Konrad Sieber fand vermutlich im Oktober 1454 statt, als NvK von München über Andechs zurück nach Brixen reiste; s.o.* Nr. 4122.

[9]) *Bernhard von Waging hielt sich im Februar/März 1455 zur Reform des Klosters Sonnenburg in Brixen auf; s.o.* Nr. 4248. *Er reiste dann zur Einweihung des Benediktinerklosters in Andechs am 16. März 1455. Dabei traf er Hz. Albrecht und Konrad Sieber. S.o.* Nr. 4303.

[10]) *S.o.* Nr. 4468.

[11]) *S.o. Anm. 3.*

[12]) *S.o.* Nr. 3451.

[13]) *Bernhard von Waging, Prior, und Karpar Aindorffer, Abt von Tegernsee.*

[14]) *Der für die Nachfolge des NvK vorgesehene Sohn Albrecht (geboren am 15. Dezember 1447) war erst neun Jahre alt; s.o.* Nr. 4468 *Anm. 3. Das kanonische Alter lag bei 30 Jahren; s. X 1.6.7, ed. Friedberg II 51f. Der Papst hatte kürzlich den 22jährigen Johann von Baden als Eb. von Trier akzeptiert; s. Holbach, Besetzung des Trierer Erzbischofsstuhls 39.*

[15]) *Konrad von Freiberg, Rat Hz. Sigismunds und Hz. Albrechts III. von Bayern-München; s. Strack, Thomas Pirckheimer 377 s.v. Er verhandelte im August 1455 mit NvK über den Sonnenburger Streit; s.o.* Nr. 4491. *Möglicherweise kamen dabei auch die Resignationspläne zur Sprache.*

[16]) *Zunächst hatte NvK auf einer schnellen Resignation bestanden; s.o.* Nr. 4468. *Offenbar war er in einem späteren, nicht erhaltenen Schreiben davon abgerückt.*

[17]) *Ruprecht, Bruder des Pfalzgrafen Friedrich des Siegreichen, Kölner Domherr, 1463-1480 Eb. von Köln; s. Meuthen, Wittelsbacher 106; F. Bosbach, in: Gatz, Bischöfe II 605-607; Strack, Thomas Pirckheimer 71; T. Daniels, Zur Bedeutung der Juristen für die Herrschaftslegitimation und Politik Friedrichs des Siegreichen. Die diplomatischen Aktivitäten des*

»Acta Cusana« Band II Lieferung 5 (978-3-7873-3682-1), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2019.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

Johannes Hofmann von Lieser, in: F. Fuchs/O. Spieß (Hg.), Friedrich der Siegreiche (1425-1476). Beiträge zur Erforschung eines spätmittelalterlichen Landesfürsten (Stiftung zur Förderung der pfälzischen Geschichtsforschung B 17), Neustadt a. d. W. 2016, 25-48, hier 37.

[18]) *Hz. Ludwig IX. der Reiche von Bayern-Landshut.*

[19]) *S.o. Anm. 3.*

[20]) *Die Burgen Säben und Taufers. Vor allem auf Burg Säben ließ NvK umfangreiche Baumaßnahmen ausführen; s.o.* Nr. 3539, 3916, 4581. *Zu Taufers s. auch* Nr. 4922

[21]) *Nämlich 3000 fl.; s.o.* Nr. 881*; vgl. H. Hoberg, Taxae pro communibus servitiis ex libris obligationum ab anno 1295 usque ad annum 1455 confectis, Città del Vaticano 1949, 24.*

[22]) *Der Kauf von Burg und Gericht Taufers kostete NvK 15.000 Rheinische Gulden; s.o.* Nr. 4703. *Die Resignationspläne wurden wie befürchtet an der Kurie zurückgewisen; s. Rankl, Kirchenregiment 88; Meuthen, Wittelsbacher 106.*

»Acta Cusana« Band II Lieferung 5 (978-3-7873-3682-1), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2019.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.